

1791.



Kern 3487

(1-12)

344

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
SEMIOLOGIA PLACENTAE,

QUAM

EX CONSENSU

GRATIOSAE MEDICORUM FACULTATIS
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO AC EXPERIENTISSIMO
IOHANN. CHRIST. REIL

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE, THERAPIAE
PROFESSORE, INSTITUTI CLINICI DIRECTORE
ET CIVITATIS HALENSIS PHYSICO

PRO

GRADU DOCTORIS

MEDICINAE ET CHIRURGIAE LEGITIME OBTINENDO

DIE XIX. APRILIS, MDCCXCI

PUBLICE DEFENDET

IOAN. WOLFGANG. LUDOV. KÜCK
HAMBURGENSIS.

HALAE,

LITTERIS FRANCKIANIS.



DISSERTATIO ANATOMICA MEDICA

DE

SCHEMATA ANATOMICA

QUAM

EX CONSENSU

GRATIOSAE MEDICORUM FACULTATIS

IN REGIA FRIDERICIANA

TENEBIT

VIRO DOCTISSIMO AC EXPERIENTISSIMO

IOHANNI CHRISTO REIL

PHYSICAE ET ANATOMIAE

PROFESSORI PUBLICO

IN UNIVERSITATE HALLENSI

PH.D. ET M.D.

PH.D.

GRADU DOCTORIS

MEDICINAE ET CHIRURGICAE FACULTATIS

IN REGIA FRIDERICIANA

UNIVERSITATE HALLENSI

PUBLICAE TENEBIT

IOHANNI WOLFGANGO LUDOVICO KUCK

PHYSICAE

PH.D. ET M.D.

PHYSICAE ET ANATOMIAE

PROFESSORI PUBLICO

IN UNIVERSITATE HALLENSI

PH.D. ET M.D.



VIRO

EXCELLENTISSIMO ET CLARISSIMO

DOMINO

CHRISTOPHORO
KNAPPE

PHILOSOPHIAE, MEDICINAE ET CHIRURGIAE
DOCTORI, REGIO COLLEGIO SANITATIS A CON-
SILIIS, PROFESSORI ANATOMIAE IN COLLEGIO

REGIO MEDICO CHIRURGICO, ACADEMIAE

IMPERIALIS NATURAE CURIOSORUM

NEC NON SOCIETATIS NATURAE

CURIOSORUM HALENSIS SODALI,

PATRONO ET FAUTORI PIA

MENTE COLENDO,

NEC NON

VIRO

EXPERIENTISSIMO AC DOCTISSIMO

JOANNI JODOCO
KÜCK,

MEDICINAE DOCTORI, REIPUBLICAE HAMBUR-
GENSIS PRACTICO ORDINARIO, PATRI
OMNI PIETATIS CULTU PROSEQUENDO

HOC

OPUSCULUM, AETERNAE OBSERVANTIAE
AC GRATITUDINIS ERGA TANTORUM
VIRORUM MERITA TESSERAM

D. D. D.

AUCTOR.



CONSPECTUS.

I. Introductio.

- §. 1. Idea Semiologiae placentae.
- §. 2. Natura ipsa partem foetus et placentae signis propriis distinguit.
- §. 3. Deest hucusque systema signorum placentae.
- §. 4. Media parandi signa.

II. Cap. I. Generaliora quaedam de structura, varietate, et usu placentae.

- §. 5-6. De structura placentae.
- §. 7. De distinctione placentae
- a) in partem foetalem, maternam, et parenchymatosam.
- b) in superficiem foetalem, et maternam,

§. 8. De varietate in brutis nonnullis.

§. 9. De cohaesione placentae cum Matre,
de figura et de habitu ejus in Gemellis.

§. 10-11. De usu placentae, et de Ratione
Nutritionis foetus per placentam.

III. Cap. 2. De punctis adhaesionis
placentae in utero et de signis
ejus.

§. 12. De Varietate adhaesionis in genere.

§. 13. 1) Adhaesio ad fundum uteri et Sig-
na ejus.

§. 14. 2) Adhaesiones laterales, ad latus
vel dextrum vel sinistrum, et signa.

§. 15. 3) Adhaesiones ad parietes vel ad an-
teriores vel posteriores parietem, et signa.

§. 16. De Methodo explorandi, et de va-
lore signorum.

§. 17. 4) Adhaesio ad orificium, et ad
cervicem uteri, et signa.

Animadversiones de Adhaesionibus aliis
praeternaturalibus.

IV. Cap. 3. De Remanfione placentae
ejusque caufis et fignis.

§. 18. Definitio remanfionis et de fine hu-
jus capitis.

§. 19. Caufae remanfionis, nempe

1) Debilitas univerfalis:

a) Caufae.

b) Signa.

2) Oppreffio virium,

a) Caufae.

b) Signa.

§. 20. 3) Atonia uteri.

a) Caufae.

b) Signa.

§. 21. 4) Spasmus uteri.

a) Caufae.

b) Signa.

§. 22. 5) Spasmus orificii uteri.

a) Caufae.

b) Signa.

§. 23. 6) Conjunctio firmior placenta^e ope vasorum cum utero.

a) Causae.

b) Signa.

§. 24. 7) Coalitus vel placenta^e vel membranarum placenta^e cum utero.

a) Causae.

b) Signa.

Huc etiam pertinet inclusio in saccum uteri, et adhaesio ad partes praeternaturales,

§. 25. 8) Situs perversus uteri.

a) Causae.

b) Signa.

9) Tumores varii generis vel placenta^e, vel partium adjacentium. — Moles magna placenta^e, et figura praeternaturalis, et sic porro.

§. 26. De Complicatione harum causarum.

V. Cap. 4. De solutione placentae.

§. 27. De solutione placentae in genere, auctororumque sententiis de solutione et non solutione.

§. 28. Sententia nostra et quidem

1) quibus in casibus solutio naturae omittenda sive ob periculum detrimenti non tentanda est.

§. 29. Qua de causa solutio artificialis non semper rejicienda est.

§. 30. 2) Quibus in casibus solutio artificialis instituenda est, nempe in

1) Haemorrhagiis.

Signa.

2) Putredine.

Signa.

3) Inflammatione uteri.

Signa.

§. 31. Continuatio.

4) Si ex remansione placentae difficultates variae oriuntur.

Signa.

5. Si coalitus firmior adest.

§. 32. De Methodo solutionem artificialem
instituenti.

§. 33. De difficultatibus solutionis artifi-
cialis: hae pendent praeter jam dicta

1) a figura et magnitudine placentae,

§. 34. 2) a partu praematurato,

§. 35. 3. a disrupto funiculo umbilicali.

INTRODUCTIO.

§ 1.

Partus in duo stadia dividi potest.

Primum stadium ea comprehendit phaenomena, quae exclusionem foetus comitantur;

Secundum vero exclusionem placentae absolvitur. Omnia ideo phaenomena, quae vel naturalem, vel preternaturalem exclusionem foetus indicant, ad Semiologiam foetus pertinent: Illa vero symptomata, quae vel naturalem, vel preternaturalem placentae conditionem et exclusionem pronuntiant, ad Semiologiam placentae respiciunt,

§ 2.

Bina haec Stadia a Natura ipsa distinguuntur: nam non solum in partu preternaturali, sed et in maxi-

me naturali, spatium aliquod temporis inter exclusionem foetus et placentae observamus, ac signa, quae ad foetum eaque, quae ad placentam respiciunt, quam maxime discrepant. Inde mihi animus est, signa naturalis et praeternaturalis placentae status systematico, quantum fieri possit, ordine proponere.

§ 3.

Signa, quae ad partum foetus respiciunt, nuperime Celeb. M. D. Voigtel systematico ordine concepit, in sua dissert. inaug. fragmenta Semilogiae obstetric. Halae 1790.

Signa vero secundinae haud singulatim in systematicum ordinem collecta habemus, sed tantum hinc inde in operibus eorum, qui de re obstetricia egerunt, dispersa reperiuntur. Mihi est propositum, hanc materiem pro viribus et pro limitibus opusculi exponere: nam magni est momenti medico obstetricanti, certam diagnosis de placenta formare.

§ 4.

Auxilia vero, quorum ope medicus signa sibi procurat, sunt

- 1) Usus omnium sensuum, praecipue tactus. Vid. DEVENTER *a*) MOEDERER *b*), et VOIGTEL *c*).
- 2) Narrationes sensus et phaenomenorum observatorum puerperae, quae autem fallaces sunt.

Antequam vero rem nostram attingere possimus, nonnulla de structura et usu placentae praemittenda sunt.

C A P U T I.

§. 5.

Foetus humanus membranibus tribus *d*), aut ex mente observatorum accuratiorum, quatuor circumdatus est *e*) scilicet amnio, chorio et filamentosa, ab Huntero tunica decidua sive decidua uteri appellata *f*); filamentosam tamen dicere istam tunicam, naturale magis esse videtur: ab omni latere villosa est, longisque ramorum instar divisis et subdivisis floccis

- a*) Deventer Nieuw Ligt voor Vroedmaesters Amst. 1765. l. 13.
- b*) Roederer art. obst. cap. XI.
- c*) Voigtel Diss. cit. §. 12. sqq.
- d*) Roederer l. c. §. 68.
- e*) Hunter de utero gravido.
- f*) Ibid. l. c. Baudelocque Anleitung zur Entbindungskunst 1700. p. 306. A. p. Haller elem. physiologiae Tom. VIII. iij p. 226. Roederer l. c.

instructa g), Haec tunica ab initio graviditatis superficiem internam uteri ubique investit, ore uterino et interno orificio tubarum fallopiarum exceptis b), sensimque placentam efformat i).

§. 6.

Praeter dictas membranas placentam tela cellulosa, vasa sanguifera et substantia parenchymatosa efformant k): quam structuram maceratio et injectio optime docent l). Ejus vasa partim oriuntur a vasis funiculi umbilicalis, partim a vasis uteri m).

§. 7.

Porro dividitur placenta in partem foetalem maternam et parenchymatosam n).

g) Ejusmodi figuram illust. Boehmer in sua art. obst. nobis sistit. Stoy dissertatio de Nexu inter matrem et foetum. Hunter l. c.

b) Blumenbach inst. phys. p. 439. Haller El. phys. p. 664 p. 186.

i) Stoy l. c. p. 4. Haller l. c. p. viij. pag. 226. ibid. T. viij. p. 2. p. 67.

k) Haller l. c. T. viij. P. 229. Hoboken p. 22. 36. 12. 23. 27. 28. 206. 201.

l) Bidlort p. 57. 61.

m) Baudelocque l. c. p. 295. A. c.

n) Reuss. obs. circa struct. vasor. in placent. hum. p. 12. seq. p. 42. Scarpa oratio de promo. anat. ad ministr.

Verum quidem est, sectione Anatomica limites harum partium nondum esse prorsus determinatas, interim tamen earum diversitas neganda non est, dum scilicet e placentae ortu et structura demonstrari possit.

Pars materna, ramificationem vasorum ex utero prodeuntium, perque placentam diffusorum complectitur *o*) tantumque patet, quantum injectio ex utero in placentam penetrat.

Pars foetalis, plexu vasorum ex funiculo umbilicali in placentam transeuntium constat, eorumque diffusionem, quantum scilicet injectio a funiculo umbilicali facta, per placentam conspicitur, circumscribitur.

Pars parenchymatosa media est inter utramque *p*). Ex his patet, singulas tres partes in quovis puncto placentae offendi. Magis patet superficies uterina et foetalis: illa utero strictè adhaeret, haec autem foetum versus jacet, glabra est, et duabus cuticulis ovi, amnio nem-

pag. 41. Meyer Beschreibung des menschlichen Körpers 5. Th. p. 279. Baudelocque l. c. p. 295. Anm. c.

o) Plank Anfangsgründe der Geburtshülfe p. 31. Stein 1. Theil p. 97. Baudelocque l. c. pag. 295. Anm.

p) Baudelocque, l. c.

pē et chorio obducitur *q*). In hac superficie
mirabile textum arteriarum et venarum *r*) fu-
niculum umbilicalem efficientium animadverti-
tur *s*).

§ 8.

In animalibus discrimen partis maternae et foe-
talis distinctius cernitur, e. g. in vaccis, ovibus et
aliis. Cotyledones matris et foetus *t*), mutua tan-
tum contiguitate conjunguntur, facillimeque sepa-
rantur *u*).

Cotyledones uteri post partum remanent: Coty-
ledones vero foetus in chorio sedent, unaque cum
illo protruduntur. Suis nulla est placenta, sed ru-
gae cuticulae exterioris ovi caveis lateris interni uteri
leviter adjacent *v*).

§ 9.

q) Plenck. l. c. p. 31. Baudelocque l. c. p. 294.

r) Baudelocque l. c. ibid.

s) Ibid. l. c.

t) Haller. l. c. T. VIII. p. 241.

u) Hoboken p. 23. f. 5, 7, 8. ibid. l. c. §. 7, 15, 19. cel-
lulosa nempe tela.

v) Leopold Hauswirthschaft, p. 395, 396.

§. 9.

In hominibus haec contiguitas non solum maxima est, sed et ipsa superficies uterina vasorum ope cum utero conjungitur. Haec vasa in partem maternam placentae penetrant, neque tamen partem foetalem attingunt *w)*, vel ut aliis verbis utar, non cum vasis foetus, anastomofin ineunt et se invicem inosculantur; ex qua structura nutritio foetus et haemorrhagiae uterinae explicandae sunt.

Frigura placentae varia est: familiaris quidem orbicularis *x)* interdum compressa, oblonga *y)* altero sine cuspidata, et nonnunquam appendice aucta *z)*, saepe in lobos divisa *a)*, et sic porro.

In Gemellis placenta duplici forma gaudet, ita uti vel quilibet foetus suam sibi placentam ha-

w) Leopold. l. c. p. 240.

x) Roederer. l. c. §. 69. Bidlort p. 61. § 1. Hoboken p. 21. 22. 103. 148. 170. Haller l. c. p. 228.

y) Haller. l. c. p. 228. Hoboken. l. c. p. 198. 199. Denys p. 113. 261.

z) f. 25 — 36. Mauricaux obs. p. 66. Amand p. 60. Haller. l. c. T. VIII. 228.

a) Baudelocque, l. c. p. 297. Roederer. l. c. p. 33. Stein, Fried. Ruifch. Th. anat. 6.

beat, vel ut una placenta tot emittat funiculos, quot foetus in utero adsunt. Hoc in casu unius funiculi vasa in alterius vasa per anastomosis aperiuntur *b)* vel non.

§. IO.

De usu placentae. Inter omnes physiologos convenit, per eam quidem foetum nutriri, quod vero modum rationemque hujus nutritionis attinet, in diversum valde abeunt. Nostri instituti non est, has lites componere: sufficiat igitur sententias eruditorum historice tantum allegavisse.

§. II.

Triplex praecipue est eorum opinio:

Alii scilicet immediatum ex matre in infantem sanguinis transitum statuunt *c)*,

Alii vero immediatum hunc transitum negant placentamque, ut secretorium organon sanguinis, nutritioni teneri foetus convenientis, respiciunt *d)*.

b) Roederer, l. c. §. 714. Stein. l. c. I. T. p. 104.

c) Haller, l. c. T. VIII. p. 246. Stoy. l. c. p. 19.

d) Blumenbach Inst. physiol. p. 452. Jadelors physiol. p. 480.

Alii denique munus placentae in eo ponunt, ut
certum principium, quod pabulum vitae dicunt,
efformet.

C A P U T. II.

De punctis adhaesionis placentae in utero et
signis hujus adhaesionis.

§. 12.

Praemisso capite priori nunc propius ad scopum
nostrum accedimus. De adhaesione supra (§. 9.)
aliquid diximus. Adhaesio vero pro numero parie-
tum et locorum internae superficiei uteri differt, pro
ut observationes clarorum virorum demonstrant. Sed
nimis prolixum, immo et inutile foret, omnia, quae
esse possunt, adhaesionis indicare puncta. Sufficiat
divisionem generalem secundum internas facies uteri
adnotasse.

§ 13.

Obstetricans variam adhaesionem bene noscat
oportet: quo enim hujus rei notitia certior est, eo
feliciter procedet placentae solutio.

B 2

1) Adhaesio ad fundum uteri maxime naturalis censetur, quia hac regione vires musculares uteri eam optimè expellere possunt e).

Cognoscitur a) externe, si fundus uteri expansus remanet, globus durus in regione umbilicali percipitur f), ac contractione cervicis et parietum. Ab inflatione intestinorum Medicus hanc adhaesionem distinguere potest forma et duritie.

b) interne manu exploratoris.

§. 14.

2) Adhaesio ad latus, vel finistrum, vel dextrum uteri g).

Cognoscitur ex globo duro vel in sinistra, vel in dextra parte regionis hypogastricae, et

e) Fried. Anfangsgründe der Geburtshülfe §. 352. Stein I. c. I. T. S. 310. Haller I. c. T. VIII. p. 227. Smellie T. 6. §. 1 Roederer. T. 5. denys p. 263.

f) Stein I. c. I. T. §. 634 und 635. Baudelocque. I. c. p. 299.

g) Stein. I. c. 2. T. §. 483. Bianche Tom. 1. Vol. 17. Vesalius com. nor. an. 1735. t. et f. II. Verhoyfen T. 2. p. 32r.

inaequali contractionē uteri *b*). A scibalis induratis forma praecipue dignoscitur *i*).

Interne ut supra.

§. 15.

- 3) Adhaesio ad parietem vel anteriorem, vel posteriorem uteri *k*)

Cognoscitur externe perceptione globi duri in regione pubis: quo luculentior hic globus dignoscitur, eo certior est adhaesio ad parietem anteriorem; quo obscurior, eo verosimilior adhaesio ad parietem posteriorem *l*). Ne confundat medicus hanc adhaesionem cum vesica urinaria impleta: qua de reneesse est, ut cathetere urina emittatur.

Interne ut supra.

§. 16.

Ad diagnosin harum adhaesionum multum fitus pronus puerperae prodest, nam tali modo muscoli

b) Stein. I. c.

z) Baudelocque. I. c. pag. 207.

k) Levret, pag. 41. Smellie mitwief. p. 137. Garantius p. 15.

l) Albin icones uteri gravidi, ven pag. 216.

abdominales relaxantur, et partes subjacentes distinctius cognoscuntur *m*). Aberrationes modicae ab adhaesionibus dictis facile distinguuntur. In omnibus his casibus signa, ab interna exploratione sumpta, certiora sunt.

§. 17.

4) Adhaesio ad orificium uteri et ad cervicem vel partialis *n*) vel totalis *o*) est.

Cognoscitur a) in progressu graviditatis ex haemorrhagiis, quae de tempore ad tempus recurrunt. Dilatatione nempe successiva cervicis, vasa communicantia placentae dirumpuntur *p*).

b) Porro ex partu praematurato cognoscitur, qui vel arte, vel natura infituitur *q*).

c) ex haemorrhagiis in ipso partu,

m) Voigtel Diss. Fragment. semiolog. obstetric, pag. 11.

n) Baudelocque pag. 300.

o) Stein l. c. I. T. §. 110. Baudelocque l. c. Fried von der G. H. p. 133.

p) Fried. l. c. ibid.

q) Fried. l. c. —

- d) ex doloribus in partu, qui uteri orificium non aperiunt.
- e) explorationis ope, si instante partu nulla vesica apparet, sed in orificio uteri corpus granulatum percipitur r).

Praeter dictos locos, et placentam in locis aliis praeternaturaliter adhaerere posse, observationes docent, e. g. in tuba ut BOEHMERUS s) et HALLERUS t) viderunt; vel in intestinis, quod AMAND u) aut in mesenterio, colo et diaphragmate, quod PUZOS v) observarunt: interdum et quibusdam caveis uteri inclusa est w).

C A P U T. III.

De Remanſione placentae ejusque cauſis et ſignis.

§. 18.

Remanere placentam dicimus, si paulo post exclusionem foetus non excluditur. Hic verba facie-

- r) Ibid. l. c.
- s) Boehmeri observ. anat. T. II. Tab. I. F. 5. Journ. de Medic. 1756.
- t) Haller l. c. T. VIII. pag. 228.
- u) Amand. Obs. 58.
- v) Puzos ad La motte gener. p. 230. 231.
- w) Amand p. 60.

mus de causis, quibus remansio perficitur, et de signis, quae praesentem causam remansiois indicant.

§. 19.

Ad causas praecipuas remansiois refero

1. debilitatem totalem puerperae: haec vel a partu difficili praegressio, vel ab habitu corporis, vel haemorrhagiis, tempore graviditatis urgentibus vel a morbo ortum suum ducere potest 2).

Signa hujus status pendent ex narratione rerum praegressarum, ex pulsu debili, ex animi deliquiis debilioribus, defectu motus sanguinis cum dolore juncto, ex frigore generali, ex sudore frigido etc. a), demum ex habitu corporis.

- 2) Oppressionem virium b) quae vel ex defatigatione in partu, vel plethora pendet.

Signa dant pulsus plenus, habitus corporis, omiffae venae sectiones vel peculiaris fibrarum

a) Vid. Gruner Semiotica physiologica et pathologica par. II. p. 320. 344.

b) Gaubius patholog. pag. 323. 324.

b) Wohlfarth diff. de Solutione placentae, Kiliae 1788. p. 41. No. 1.

muscularium inertia, nimia uteri extensio, intensiones matris nimis vehementes c)

§. 20.

3) Atonia Uteri est debilitas partialis uteri, qui ad contractionem non tendit. Hic status vel in toto utero vel in aliqua ejus parte adest; interdum in fundo uteri tantum d) vel in corpore ita ut collum activitatem suam conservet: saepius collum tantummodo paralyfin patitur, reliquis naturaliter se contrahentibus. Atonia non est constans: modo major modo minor, vel statim a partu vel post aliquot horas, immo dies accedens. Omnes hosce casus obstetricans accurate observet. e) Atonia colli uterini non est tam periculosa, quam atonia fundi, vel corporis, quia secundinae frequentius posterioribus partibus adhaerent, et quia ibi plura et majora vasa sita sunt, ex quibus haemorrhagia timeri potest.

c) Gaubius patholog. pag. 308.

d) Vid. Baudelocque l. c. pag. 177.

e) Baudelocque l. c.

Causae sunt valetudinaria et debilis puerperae constitutio *f*), nimia extensio uteri, qui plures foetus vel nimium aquae continet; nimia debilitas, spasmus praegressus, partus difficilis, remoratio partus, vel ejus praecipitatio: his enim ex rebus uterus ob praecipitem irritationem quasi torpore afficitur adeoque debilitatur, ut activitas ejus plane cesset.

Signa. Cessantes dolores, permanens uteri extensio et gravior haemorrhagia, sunt symptomata mali essentialia, quorum postremum cum perfecta vel imperfecta placentae solutione *g*) locum habet.

§. 21.

4) Spasmus uteri *h*) ubi placenta incarceratione *i*). — Causae, has convulsiones et spasmos uteri producentes, maxime variant: sunt irritamenta, quae vel externa a vi violenta vel interna a laesione uteri, vel a ple-

f) Ibid. l. c.

g) Baudelocque l. c. pag. 180.

h) Wohlfarth l. c. p. 40. n. 2.

i) Stein l. c. 2. T. p. 137. Baudelocque p. 389. Pfenk l. c. p. 107. Fried. l. c. p. 139. Roederer l. c. p. 280.

thora *k*), aut a nimia sensibilitate nervorum, ab haemorrhagiis, a retenta urina, a fordibus primarum viarum, a nimio seu obliquo capite foetus, aut a prolapsis natibus foetus majoris, a putrescente foetu defectu liquoris amnii, doloribus fortioribus ac incitatis, a partu lento, a funiculo umbilicali circa collum jacente, a laesione uteri per obstetricantem imperitum, ab incauta tractione funiculi umbilicalis vel placentae, a motu corporis et animi e. g. ira, vel a nimia irritabilitate oriuntur.

Signa. Pulsus celer irregularis et parvus, dolores capitis vehementes, spasmi manuum et pedum, obfuscatio oculorum, fridor dentium, os spumans, deliquium animi *l*), spasmi universales ab inaequali contractione uteri, frequens tremor et horror, vehemens vomitus, vomitus per aliquot dies in partu protractus, leves artuum spasmi, dolores parturientem misere excruciantes *m*).

§. 22.

Spasmus orificii uteri, qui exitum placentae occludit *p*). Hoc symptomata adeo fre-

k) Fried. §. 366.

l) Fried. l. c. p. 140.

m) Roederer l. c. §. 695.

n) Plenck l. c. p. 108. Baudelocque l. c. p. 473.

quens est, ut tamquam peculiaris spasmi species considerari possit. Ab omnibus allegatis causis oriri potest, inprimis ab infana orificii uteri extensione, quando scilicet obstetrices partum maturare satagunt, vel etiam ab exploratione nimis frequente.

Signa ex pulsu spasmodico et praecipue exploratione orificii uteri hauriuntur.

§. 23.

6) *Conjunctio firmior ope vasorum.* Vasa ex matre ad placentam transientia (§. 9.) si crassitie aut multitudine excedunt, statum praesentem producant.

Causae sunt auctae congestiones sanguinis ad uterum, quibus vasa magis magisque aucta tandem preternaturalem crassitiam consequuntur.

Signa ex absentia aliorum signorum 1, 2, 3, 4, 5, et praecipue tactu dignoscuntur

§. 24.

7) *Coalitus placentae cum utero* o), qui duplicis indolis est: vel enim placenta ipsa cum utero

o) Henkel Abhandlung von der Geburtshülfe, Thomlison the medic. Magazin. Anno 1774, V. I. vj, Wohlfarth Diss. p. 43.

vel chorion mediante circulo cum utero cohaerente cum illo concrevit. Posterior casus multo est frequentissimus. Coalitus vel totalis vel partialis est. Huc et pertinet placentae in sacco uteri inclusio vel *p*) ejus extra uterum adhaerentia. Vid. (§. 18.) *q*),

Signa ex statu plethorico corporis, ex pregresso statu phlogistico sanguinis, absentia aliorum signorum, ex haemorrhagia, cum scilicet cohaesio in una tantum parte locum habet, duratione remanentis et praesertim tactu colliguntur.

§ 25.

8) Situs perversus uteri post exclusio-
nem foetus cognoscitur tactu *r*).

9) Tumores, et hydatides uteri et partium
vicinarum e. g. hydrops ovarii, tubae concre-

p) Wohlfarth l. c. Roederer §. 357.

q) Haller l. c. T. viij. p. 228. Amand T. v. p. 60.

r) Lévret Journ. de Med. 1773. Hunter Medicinische
und chirurgische Beobachtung. I. B. p. 106. sqq. Voigt-
tel, l. c. p. 13. nota g.

tiones, calculi in vesica urinaria, scibala obdu-
rata in intestinis, moles magna placentae s) alia-
que vitia organica pelvis et vaginae, magis par-
tum, quam placentae exitum impediunt t).

§. 31.

Haftenus tantum simplices causas remanſionis
enumeravimus, sed variae complicationes, vel
omnium simul, vel saltim alterius cum altera adeste
possunt. Ita e. g. spasmus uteri coalitum, immo
coalitus spasmum ipsum producere valet. Medicus
signa apparentia comparet et diagnosin hinc colligat.

C A P U T. IV.

De Solutione placentae.

§ 27.

Natura ipsa plurimum placentam et solvit et
expellit; attamen exemplis docemur plurimis, eam
interdum diu remanere et non solum molestias, verum
quoque metum sequelarum noxiarum incutere. Hinc
placenta, post partum remanens, omni tempore
attentionem obstetricantium valde excercuit, plures-

s) Roederer l. c. Cap. XIV. §. 347.

t) Voigtel l. c. sect. IV. §. 46. seq.

que ortae sunt controversiae, quid obstetricanti in tali casu agendum sit. Quidam enim in quovis casu mox a partu placentam manu educi jubent *v*).

Alii contra solutionem secundinarum naturae committendam censent *v*). Iterum plures, mediam viam tenentes, adjuncta respiciunt iisque se se accomodant, ita ut vel expulsionem placentae a natura expectent vel eam partim medicamentis, partim vero manu promovere fatagant *x*). Quaelibet harum methodorum, ut experientia constat, mox utilis, mox noxia inventa est. Prior quidem hodie paucos habet patronos, cum periculi non expers sit et vehemen-

v) Murfinna von den Krankheiten der Schwangern u. Wöchnerin. Berl. 86. T. II. — Deventer, Nieuw licht voor Vroedmeesters Amst. 65. Mauricaux, Thebesius. etc.

v) Sigault major diff. ergo placentae solutio naturae comittenda? Paris. 1776 Pfeffer de Solutione secundinarum artificiali semper damnand. Buchmüller, Fata et funera puerperarum ex solutione artificiali placentae oriunda, 1786.

x) Wohlfarth, l. c. Aepli die sichere Zurücklassung der Nachbarin in bestimmten Fällen mit Grund und Erfahrung bewiesen, 76. Sammlung auserlesener Abhandlung. Z. G. practischer Aerzte 1 Band pag. 449. Leipz. 84. Rabngazett de San. III. Jahrgang p. 1. et. 66. Luncker patholog. p. II. §. 127.

tes dolores parturientis secum ferat, ac frequen-
tius plane inutilis fit.

Secunda opinio a multis iisque claris viris
defenditur; nos vero tertiae patrocinamur, inter
duo extrema quasi media via ingressi: nobis
quippe nimis periculosum videtur, reliquas sine
magna cautione sequi methodos. Hujus loci
non est, rationes sententiae nostrae hic allegare
omnes, quae jam dudum in laudatis libris satis
sunt explicitae: nostri solum propositi est, illa
offerre signa, quae obstetricantis manum diri-
gant.

§. 28.

Non nego quidem, naturam optimam obstetri-
cem esse, et ab ea in casibus sequentibus solutionem
expectari posse, nempe

- 1) Si nulla adsunt symptomata urgentia, e. g.
haemorrhagiae, convulsiones, quae a reman-
sione placentae oriuntur, nec putredo aut aliae
difficultates.
 - 2) Si vires puerperae integrae sunt, atque ipsa sine
praconceptis opinionibus liberis manus obstri-
tricanti relinquit y).
- 3) Roederer l. c. p. 152. Mauricaux observation sur
la gross. a paris 1715. p. 127. obs. 162. n. 294. Aeppli
l. c. pag. 17.

- 3) Si placenta jam soluta in utero jacet.
- 4) Si atonia sine haemorrhagia adest, §. 21. tum enim periculum obstat, ne haemorrhagia excitetur z).
- 5) Si foetus alter superfit: nam una placenta saepe duobus foetibus nutrimentum praebet §. 9. et vasa unius foetus cum vasis alterius communicationem habent. In his casibus solutio placentae alterum foetum certe occideret.

In his speciebus ex ipsa remansiois diuturnitate urgentem solutionis indicationem formare non debemus, et artificialis secundinarum solutio quovis respectu noxia foret a).

§. 29.

Quaeritur, an solutio semper naturae relinquenda sit? Naturae semper solutionem committere in genere magis secundum Theoriam, quam ad experientiam dictum mihi videtur. Nam obstacula interdum adfunt, quae a natura superari non possunt, et quae medicus vel medicamentis vel manu removere debet. Ad haec pertinent omnia illa, quae §. 20. 25. enumeravimus.

z) Baudelocque l. c. p. 475. §. 5.

a) Vid. Wohlfarth, Aepli etc.

Verum non solum obstacula removenda sunt, quae naturalem solutionem impediunt, sed interdum symptomata adsunt urgentia, quae expectationem naturalis solutionis plane interdiciunt, et solutionem artificialem quam celerrime fieri jubent. Haec praecipue sunt

1) Haemorrhagiae profusae, quae ex imperfecta solutione, conjuncta cum debilitate et atonia uteri proveniunt *b*). Hae tempore graviditatis adhaesionem placentae ad os uteri indicant. (§. 18.) Tunc vitae periculum est in mora, placenta solvenda, et uterus ad contractionem incitandus est.

Signa vel plane patent, vel minus, scilicet placenta, vel tota vel ex parte soluta, os uteri tanquam conus inversus obsidet idque claudit. Atonia uteri; crescens ejusdem expansio in haemorrhagia interna; animi deliquium etc. etc. *c*).

2) Putredo placentae ad solutionem urget propter resorbitionem *d*). Si putredo jam resolu-

b) Roederer, l. c. §. 346. Baudelocque l. c. p. 478. Plenck, l. c. p. 107.

c) Baudelocque l. c. p. 472. et 474. not. 5.

d) Baudelocque l. c. p. 486.

tionem integram efficit, injectiones antisepticae indicatae sunt.

Signa, ichor foetens, sensus frigoris in puerpera, duratio remansiois, anni tempus e.

3) Inflammatio uteri *f*) levior, quae ex dolore, facie rubra, pulsu pleno, vel etiam parvo, duro, frequenti, ex febre, tumore genitalium, debilitate parturientis, ac crusta inflammatoria sanguinis etc. cognoscitur. Solvenda est placenta ob periculum sphaceli.

§. 31.

4) Porro si remansio placentae spasmus universalem, vel graves molestias affert, e. g. convulsiones, deliquia animi *g*), inaequalem contractionem, uteri pressiones etc. nec aliae hujus status causae adsunt.

5) Si coalitus firmior adest.

6) Si placenta os uteri obtegit et foetui exitum occludit: quem statim saepissime in abor-

e) Roederer l. c. §. 385.

f) Ibid. l. c. §. 353. et §. 400 et 401.

g) Baudelocque l. c. p. 472. Roederer. l. c. §. 346. sqq.

tu invenimus, tunc saltem ex parte solvenda est. (18). Melior sane est solutio quam performatio placentae *b*).

§. 32.

Manuale et modum solutionis placentae Medici arte obstetricia clari indicant *i*), sed omnia haec praecepta facilius dare, quam exercere est, uti quisvis propria experientia, manum admovendo, edocebitur. Nos hic descriptionem methodorum ad scopum nostrum minime pertinentium omitimus.

§. 33.

Sed premitur solutio artificialis difficultatibus variis, nempe omnia, quae §. 20 - 25, de obstaculis naturalis solutionis diximus *k*), et hic in jus vocantur; praeterea adhuc aliae causae accedunt,

nempe

Figura, et magnitudo, naturalem formam excedens. §. 9 et 25 — N. 9.

b) Baudelocque l. c. p. 500. Stark Archiv. I. B. I. St. pag. 141. Fried. l. c. p. 133.

i) Fried. l. c. §. 353 — 359. Baudelocque l. c. p. 299. Stein, Plenck, aliique.

k) Roederer, l. c. p. 152. Baudelocque. p. 478. Stein l. c. p. 195.

Signa tactu cognoscimus, et si solutio etiam cum successu procedit, tamen eam retardat.

§. 34.

- 2) Partus praematurus, five abortus, solutionem difficiliorem reddit,
- a) propter arctam vaginam l).
- b) tum, quia in primis mensibus graviditatis tunica decidua ovi, totam superficiem internam uteri investit n).

Statum hunc cognoscimus ex tempore graviditatis. Hoc in casu injectiones commendantur.

§ 35.

- 3) Disruptio funiculi umbilicalis o)

Cognoscitur ex absentia funiculi, ex haemorrhagia, si pars placentae lacerata est, et praecipue exploratione interna.

l) Baudelocque l. c. pag. 104.

n) ibid. l. c. pag. 502.

o) ibid. l. c. p. 483. Roederer l. c. §. 358.

p) Roederer l. c. §. 358 - 359.

Solutio difficilis est propter defectum fili ductis: caute ergo operator disquisitionem instituat, nam certus non est, an placentam, an vero partem uteri protrahat.

Signa diagnostica colligimus

- 1) tactu, et quidem ex habitu granulato placentae,
- 2) ex narratione puerperae: percontatur enim obstetricans puerperam, an pressio vel tractio partis proiacentis doloribus conjuncta sit, nec ne: hoc placentam, illud uterum trahi notat *P*).

¶) Roederer l. c. §. 358 - 359.

T H E S E S.

I.

Funiculus umbilicalis deligandus est.

II.

Caput foetus in graviditate naturali semper occupat locum inferiorem. Ergo inversio embrionis, (das Stürzen des Kindes) in phantasia tantum existit.

III.

Partus Agripparum minime naturalis est censendus.

IV.

Convivia baptismalia haud raro febrim puerperarum efficiunt.

T H E S I S

1. Einleitung

2. Die Bedeutung der ...

3. Die ...

4. Die ...



NO 78

PICA





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
SEMIIOLOGIA PLACENTAE,

QUAM

G
V
I
M
IO
—

